

**Lvdovici Molinæ, E Societate Iesv Theologiæ Doctoris, &
Professoris, Commentaria, In primam D. Thomæ partem**

Molina, Luis de

Lugduni, 1622

Vtrum ex parte reprobi detur causa reprobationis. disput. 3.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73915](#)

tionis, aut regenerationis in Christo, non merito nostro, sed Christi accipimus: non vero eam facit collationem, quod sicut Christus id non accepit ex meritis alienis, ita nos ex meritis Christi fidem, & regenerationem in Christo non accipimus, quin potius, contrarium eo capite docet. Vnde mirandum est, quod ex circa Augustini testimonio auctoriter fuerit Driedo sententiam suam confirmare.

*Ad tertium.
Gratia prima licet Christi merita nobis conferatur, est tamen dum gratiam comparatione nostra.*

Ad tertium concessa maior, neganda est minor. Ad probationem pro contra parte dicendum est, ideo homines dici iustificari gratis, & primam gratiam propriissime comparatione eorum sortiri rationem gratiae, quia quod nobis conferunt, nulla ratione nobis debetur, nec ea sumus digni, neque Christus adhuc ullam rationem debiti in nos transstulit, sed mere gratis, quod ad nos attinet, ea confertur. Quod autem Christus eam meruerit, ratione meritorum ipsius nobis tribuatur, non tollit quo minus comparatione nostri donum mere gratum dicendum sit.

DISPUTATIO III.

Virum ex parte reprobri detur causa reprobacionis.

Partie negantica arguenda.

Primum.

Vnde ex parte reprobacionis nulla detur reprobacionis causa seu ratio, sed in solam liberam voluntatem Dei corum reprobatio referenda sit, probari potest. Primum, ex illo ad Rom. 9. Vbi Paulus de Jacob & Esau loquens ait: *Cum nondum nati fuissent, aut aliquid boni egisset aut malum, ut secundum electionem propositum Dei manaret, non ex operibus, sed ex vocante dictum est, quia maior seruit minor: sicut scriptum est (Malachias videlicet 1.) Jacob dilexi, Esau autem odio habui.* Ecce quemadmodum Paulus de Jacob docebat, non propter opera, seu merita sua, fusse a Deo dilectum, & praedestinatum: ita quoque de Esau affirmat, non fusse propter opera odio habitum ac reprobatum: ergo reprobatio non est propter peccata prævia, atque adeo nec causam, nec rationem ex parte reprobri habet.

Secundo.

Secundum, quia subiungit Paulus, Deum Exod. 33. dixisse Moysi, *Miserebor cuius misereor, & misericordiam praesto, cui miserebor.* Hoc est, ut misericordia cum quoquam voluerit, & prout mihi placuerit. Concluditque Paulus: *Igitur non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei.* Additque, *Dicit enim Scriptura Pharaoni, Quia in hoc excitaui te, ut ostendam in te virtutem meam, & ut annuncietur nomen meum in universa terra.* Rursusque infert: *ergo cuius vult, misereatur, & quem vult, inducat.* Ecce, ex his omnibus perspicue habetur, Deus misereri cuius vult, & indurare quem vult. Et non esse volentis, aut currentis, sed miserentis Dei, excitatumque esse Pharaonem, ut Deus in eo repugnante diuinis praecipitis ostenderet virtutem suam, & mirabilia signa efficeret, quia in viuierio orbe predicatorum: ergo sicut praedestinatio non est propter merita prævia, ita nec reprobatio, sed in solam liberam voluntatem Dei ea reducenda est.

Tertio.

Tertio, quia addit Paulus: *Dicis itaque mihi: Quid adhuc queritur? Voluntati eius quis resistit?* Et quasi huic questioni annuens Paulus, negotium, non minus reprobacionis, quam praedestinationis, ex sola libera voluntate Dei pendere responderet: *O homo, tu quis es, qui respondeas Deo? Numquid dicit figuratum ei, qui se fingit, quid me facisti? An non habet potestatem figuram lui, ex eadem massa facere aliud quidem vae in honorem, aliud vero in contumeliam?* Quod

A Deus volens ostendere iram, id est, iustitiam suam vindicatiuam, & noram facere potentiam suam, scilicet in multa patientia vasa ira apta in interitum, ut ostenderet diuinitas gloria sue in vasa misericordia, qua preparauit in gloriam. Supple. Quis eum culpabit aut quid habet homo quod incusat? Ecce, Paulus inuenire videtur aperte, negotium reprobacionis pendere totum ex sola libera voluntate Dei, in cuius potestate non minus fuit, absque cuiusquam iniuria, facere ex eadem massa per praedestinationem quosdam vasa honoris, quosdam per reprobationem vasa contumelie, quam in potestate figuli sit, ex eadem massa luti quedam vasa in honorem, quedam in contumeliam effingere. Causam præterea reprobacionis eam fusile affirmat, ut in reprobis splendet in eternum diuina iustitia, quemadmodum in praedestinatis diuina misericordia clucebit: fit ergo, ut reprobatio non fuerit propter mala merita prævia, sed ex sola libera voluntate Dei fuerit dependens.

Ad huius rei intelligentiam sciendum est. Cirea vnumquemque reproborum adulteri triplcum actum voluntatis diuina, nostro intelligendi more, esse distinguendum. Primus est, voluntas permitteundi ea peccata, propter quae illi excludendus est a beatitudine, suplicisque aeternis mancipandus. Quem actum, tamquam effectus, sequitur ipsa permissione corumdem peccatorum in actu. Secundus est, voluntas obdurandi peccatorum vlique ad finem vita in eisdem peccatis iam commissis, hoc est, voluntas non conferendi illi ea auxilia cum quibus resurget. Hoc actum consequitur similiiter in tempore, tamquam effectus illius, obduratio ipsa. Tertius est, voluntas excludendi eundem reprobum a regno celesti tamquam eo indignum, deputandique illum supplicis aeternis propter peccata, in quibus ad vita terminum præuidetur peruenturus. Quem actum consequitur in tempore, tamquam effectus illius, exclusio ipsa a regno celesti, mancipatioque supplicii aeterni, quando haec fiunt.

Hi omnes tres actus in eo conuenient, quod singuli supponunt prævisa esse a Deo ea peccata pro libertate talis adulti futura, tamquam radice, quod circa illum versentur: diuersa tamen modo. Voluntas namque permitteendi peccata supponit, Deum ea præuidere futura pro libertate talis adulti, non simpliciter, sed ex hypothesi, quod ipse ea non impedit. Nec voluntas permitteendi peccata est alius, quam voluntas ea non impediendi. Ut enim Deum permittere peccata, non aliud est, quam ea non impedire, cum possit, ac præuidere futura, qua de causa ratio permissionis posita est in illo primo, praesertim illis aliis duobus, ut artic. 3. & quæst. 19. artic. 12, explicatum est: ita voluntas diuina permittendi eadem peccata, nihil aliud est, quam velle ea non impidiere, cum possit, & præuidet pro libertate arbitrii creari esse futura, nisi ipse impedit. Quod fit, ut tam permissione peccatorum adulti, quam voluntas ea permitteendi, tamquam radicem supponit, Deum ipsa præuidere futura pro libertate talis adulti, non simpliciter, sed ex hypothesi, quod ipse, ut potest, ea efficacioribus aliis auxiliis non impedit.

Quia ergo sine his maioribus auxiliis potest adultus ea vitare: tum quia Deus numquam denegat auxilia ad id necessaria: tum etiam quia, si non posset ea sine illis vitare, co ipso peccata non essent, consequens est, ut quando Deus peccata permittit, perditio peccatoris non sit ex Deo ea permittente, sed solum ex ipsomet peccatore, cui semper subditus manet appetitus peccati, cùque ita dominatur, ut si velit, ea possit evitare.

Volun-

Volunta
permittendi
peccata quic
sit in Deo.

Praedi
car ex 10
cato.

Voluntas verò obdurandi peccatorem, tamquam radicem supponit, Deum præuidere, tum peccatum futurum re ipsa in peccatis, quæ ipse fieri permiserit, tum etiam ex hypothesi, quod post commissa talia peccata, velit illi conferre certa quædam auxilia, cum quibus, si vellet, posset refugiare ab illis, & non alia maiora, aut diuersa, quibus ad resurgendum non indiget, futurum omnino esse nequinia talis peccatoris, vt non resurgat. Et tunc voluntas diuina non conferendi illi maiora illa alia, aut diuersa auxilia, cum quibus Deus præuidet eum surrectum, est voluntas obdurate. Obdurare vero non est aliud, quam post commissum ab eo peccatum, Deum non conferre auxilia, cum quibus præuidet eum surrectum. Quod fit, vt Deus peccatorem non obdure, aliquam apponendo duritatem, sed propriam ipsius peccatoris non tollendo, iuxta illud ad Roman. 2. Secundum duritiam tuam, & impunitens cor tuum, befaurit te tibi iram. Duobus vero modis obdurare dicitur. Vno, si non tribuit maiora, aut alia auxilia, quibus cum præuidet peccatorem emolliendum ac sanandum, cum tamen semper reliquat ea, cum quibus emolliari, & conuerti possit, si velit, iuxta id quod ante testimonium citarum præmisserat Paulus: An dimitas, inquit, bonitas eius, & patientia & longanimitatis contemnis, ignoras quantum benignitas Dei ad penitentiam te adducit? Vbi consequenter subiungit, Secundum duritiam tuam, & impunitens cor tuum, &c. Altero, cum subtrahit de auxiliis, permittereque tentationes & occasiones grauiores peccandi, quibus & propria durities maiores vires affumit, & difficillior redditur conuersio: id quod esse solet in peccatum iustissimam præcedentium delictorum. Porro quando hoc secundo modo Deus obdurat, non solum obdurare & obsecare peccatores dicitur, quod etiam obduriat primo modo commune est, sed etiam tradere eos in desideria cordis eorum, & quod derelinqueret, aut etiam despiceret: id quod extrellum est peccatum omnium, quæ Deus ob antecedentia delicta in hac vita infligit. Numquam tanè Deus ita obdurat, excoecat, tradit in desideria cordis, despicit, aut derelinquit, vt non reliquat auxilia, cum quibus, si peccator vellet, efficereturque totum quod potest, conuerteretur, misericordiamque ab eo obtineret, vt in Concordia quæst. 14. artic. 13. disput. 10. latè demonstratum est. Id etenim & status ipse via postulat, ad prouidentiamque Dei circa omnes in vitam aeternam spectat, & Christus Dominus tamquam omnium vniuersalis redemptor posteris omnibus, Adami obtinuit, vñaque ex legibus, quas ex Patris voluntate, vt merita passio sua mortalibus applicarentur, condidit, ea fuit, vt cuique facienti, quod in se esset, tantum cum minimum auxiliorum conferretur, quantum ad eius iustificationem ac salutem esset necessarium, vt sapientiam est.

Voluntas autem excludendi peccatorem à regno coelesti tamquam eo indignum, depurandique illum supplicii aeternis, veluti radicem, supponit, tum peccata, quæ præuidet Deus talem adultum pro sua libertate & nequitiam commissum, tum etiam in eisdem ipsius reprobi perseverantiam, quæ ad terminum vitae, quam posita obduracione iuxta sensum explicatur, præuidet ex libertate, & nequitiam cuiusdem futuram. Ut enim Deus in tempore nullum adultum excluderet à regno coelesti, mancipabitque cruciatibus aeternis, nisi propter delicta propria in quibus vita terminabit: ita neque ex aeternitate alter voluit quemquam eo pacto puniri, quæ propter eadem peccata & perseverantiam

A in illis usque ad finem vite, quæ ex propria cuiusque libertate futura præuidit. Quod fit, vt omnes illi tres actus voluntatis diuinae, tamquæ radicem, quod circa adultum verfantur, supponant peccata libertate ipsius, modis paulo ante explicatis, præuisa futura.

Interest vero, tum inter tres actus propositos inter se, tum etiam inter effectus eorum. Quod voluntas permitendi peccata, permissioque ipsa, eis possum non propter culpam aliquam, quasi in peccatum, sed ex sola libera voluntate Dei. Etenim quod Deus Adami, aut cuiusvis alterius adulti, primum peccatum ex aeternitate voliteri permettere, ac tandem in tempore permiserit, non fuit propter aliquam culpam, atque adeo neque in peccatum. Quamvis enim prius sit, Deum præuidere iustum libertate sua ruiturum in peccatum, ex hypothesi, quod ei alius, maioribus auxiliis non subueniatur, quam Deus, voluntate non conferendi illi ea auxilia, velle eius peccatum permittere, nihilominus prius est, Deum denegatione eorumdem auxiliorum permittere peccatum, quam peccatorem in illud incidere: quandoquidem conditio antecedens, sine qua peccatum illud non esset, ea sit, quod auxiliis non impeditur. Cum ergo Deus, neque sine culpa, nec ante culpam commissem, peccatum infligat, vt dispergit, ostensum est, fit, vt neque permissio prius peccati Adami, aut cuiusvis alterius iusti, neque voluntas Dei aeterna illud permittendi, fuerint in peccatum proper aliquam culpam, sed solum ex libera voluntate Dei profecta sint. Permissio autem peccatorum, que post gratiam amissam committuntur, esse solet in peccatum præcedentium delictorum: eaque de causa dici colitur, unum peccatum posse esse peccatum alterius peccati præcedentis.

Voluntas verò obdurandi peccatorem, atque obduratio ipsa, semper potest esse in peccatum proper culpam. Cum enim peccator non dicatur obduri, quando primò peccat, & à gratia decidit, sed postquam peccauit, si ei non conferantur auxilia sine quibus sua negligientia non resurget, dicatur obduri, in peccato iam commisso, fit, vt semper obduracionem antecedat culpa lethalis, in cuius iustum peccatum possit infligi, atque adeo sit, vt voluntas Dei aeterna ita obduri, semper esse possit in peccatum proper eandem culpam. Hoc modo Pharaon maiori, ac maiori auxiliorum subtraktione in peccatum antecedentium delictorum, magis ac magis fuit in peccatis obdurus. Eodemque modo in peccatum præcedentium delictorum confuerunt peccatores tradi in desideria cordis sui, vt de gentibus, quæ cum Deum agnouissent, non sicut Deum glorificauerunt, docet Paulus ad Rom. 1. & derelinqui à Deo, ac despici. Dixi, obduracionem posse semper esse in peccatum antecedentis delicti, & non dixi, semper ira euenerit. Quoniā, cum auxilia gratie mere gratis à Deo conferantur, poterit Deus conferre peccatoribus pauciora auxilia, uno tempore, quam alio, & pauciora iis, qui minus, quam iis, qui magis peccauerunt, non habita ratione, vt id fiat in peccatum præcedentium delictorum, sed pro fute tantum voluntatis beneplacito.

Sunt vero hoc loco nonnulla animaduertenda. Primum est, quando peccator eam aliquo statim ac obduratio quoniam sit. Incidit in peccatum, quo à gratia decidit, è vita discedit, non propriè dici obduri in peccato commisso: neque Paulus affirmavit, Deum vniuersim, vel misereris singulorum peccatorum, vel eos indurare, sed solum misereris, cuius vult, & indurare, quem vult.

Secundum est, quando commisso peccato, Deus

F. 4 non

Permissio pec-
cati quo pat-
eto esse posse
non in pecc-
atum proper cul-
pam.

non solum non subtrahit de auxiliis, sed etiam misericorditer vocat, & peccator renuit, potius esse dicendum peccatorem perseverare ex seipso durum aduersus Deum inuitantem, ac emollire nitementem, quam à Deo obdurari. Quamvis in eo etiam sensu Deus, admodum tamen inopinatus, dici possit eum obdurare, quatenus non ea multiplicat, & auger auxilia, quibus cum præuidet esse emolliendum, ac tandem conuertendum. In quo sensu dici etiam potest, peccatorem, de quo in præcedente §. loquemur, inducere à punitione peccati commissi usque ad primum non esse anima in corpore.

Tertium est, fieri posse, ut ex duobus in lethali peccato constitutis, pulsante Deo unum maioribus auxiliis gratia præuenientis, quām alium, pro libertate arbitrij virtusque, is refūget, qui minoribus, is vero perseveret durus, qui maioribus auxiliis excitatus & inuitatur. De fide namque est, in facultate arbitrij cuiusque positum esse, consentire, aut non consentire, Deo excitanti & inuitanti, ut in Concilio Tridentino. sess. 6. cap. 5. & can. 4. definitum est. Confirmari etiam potest, quoniam Tyrii & Sidonii conuersi fuissent, si eis data ea auxilia fuissent, cum quibus habitatores Corozain & Bethsaidæ conuerterunt, id quod quadam ex parte nostram assertione confirmat.

Postremum est, existentibus duobus in lethali peccato, atque adeo indignis auxiliis, & gratia Dei, quod Deus subueniat vni ea auxilia largiendo, cum quibus præuidet illuminandum, emolliendum, ac conuertendum, ac proinde, quod Deus ea ratione illius misereatur, cūque re ipsa educat de miseria peccati, alteri vero vel febrerat de auxiliis, semper tamen illi relinquendo sufficiens, vel non tribuat ea, cum quibus præuidet sanandum, sed eum in propria duritia, ac miseria peccati derelinquit, non esse ex eorum meritis, sed ex meritoria voluntate Dei, qui absque cuiusquam iniuria distribuat sua dona prout vult, & cuius vult miseretur, & quem vult indurat.

Denique voluntas diuina excludendi aliquem tamquam indignum à regno coelesti, cūque cruciatis aternis mancipandi, semper est in penam propter culpam, in qua Deus præuidet illum è vita discessurum. Quemadmodum etiam exclusio ipsa, atque mancipatio, cū in tempore sit, semper est propter culpam commissam, in qua peccator è vita discedit. Vt enim Deus non confert premium vita aeterna nisi propter bona merita antecedentia: ita neque penam aeternam, nisi propter mala merita antecedentia.

Prima conclusio. His ita constitutis sit prima conclusio. Reprobationis datur causa meritoria ex parte reprobi, videbatur lethalis culpa, in qua præuidetur è vita discessurus, siue ea sit originalis tantum, siue actualis tantum, siue utraque simili, ut in infidelibus adulisti solerentur. Probarum conclusio, quoniam licet reprobatio exigat, tamquam conditionem sine qua non est, voluntatem diuinam permitendi, vel peccatum actualē reprobi, propter quod damnandus est, vel peccatum primi parentis, ex quo originis peccatum, propter quod a regno excludendus est parvulus, initium habuit, requirat præterea voluntatem obdurandi peccatorem usque ad finem vitæ in peccato, propter quod est damnandus, quatenus nisi Deus permittere vellit tale peccatum, in eoque obdurare peccatorem, usque ad finem vitæ, quemadmodum in vitæ termino careret peccato, ita reprobatio non est, nihilominus reprobatio in nullo ilorum actuum est posita, sed solum in voluntatem

A diuinæ excludendi tales peccatores à vita aeterna, tamquam ea indignum, aut etiam mancipandi simul eum suppliciis aternis, si in actuali peccato præuidetur è vita discessurus, vt artic. 3. latè ostensum est: cū ergo voluntas ita puniendi peccatorem si proper culpam, in qua præuidetur è vita discessurus, vt paulo ante ostendimus, omnésque factentur, fit, ut quoad effectum reprobationis hoc modo sumptus, nempe quoad exclusionem à vita aeterna, aut etiam deputationem ad supplicia aeterna, causa meritoria ex parte reprobi inueniatur.

Nostra conclusio est etiam Scoti in 1. distin. 41. Qui autem Herueri distin. 40. quæst. 1. Caietani hoc loco, Ferrariensis 3. contra gentes, cap. 161. Nicolai Grandis in cap. 3. epistola ad Hebr. Maioris, in 1. dist. 41. q. 1.

Sylvestri in consolario, Sori in cap. 9. epist. ad Rom. quoniam ad calcem 4. sententiarum, ex eo capite fuerit anceps, quod nō improbabile iudicauerit reprobationem includere actum voluntatis diuinae permittendi peccatum reprobi, atque adeo permissionem ipsam includi in effectu reprobationis. Est etiam Augustini in locis, quæ disput. 1. memb. 7. citauimus. Vnde epist. 105. ad Sixtum: *Querimus, inquit, causam predestinationis, nec inuenimus, reprobationis autem causam querimus, & inuenimus: Augustinus tamen causam reprobationis esse voluit peccatum originis, ut membro citato explicaretur.*

Illi etiam omnes in conclusione proposita consentiunt, qui prædestinationis causam, aut rationem dari affirmant ex parte prædestinati, & plerique alij. Imd Magister sententiarum in 1. dist. 41. D. Thomas & quorundam negant dari rationem reprobationis ex parte reprobi, nobiscum conueniunt, si reprobatio id solum sit, quod paulo ante diximus: discentium vero, quod nonnulli, in quibus est D. Thomas, & quidam alii, arbitrantur, reprobationem includere etiam voluntatem diuinam permittendi peccata, propter quae est reprobandus, atque adeo permissionem eiusmodi peccatorum computandam. Se inter effectus reprobationis, vt artic. 3. explicamus. Ceteri vero configunt, Deum ante omnem prædestinationem, etiam ante quamcunq; de bonis, vel malis meritis hominum cogitaret, elegisse quodammodo, vt eis vitam aeternam conferret, alios vero omnes reiecerit, vt in eis iustitia diuina vindicatur splendor, atque in eo actu refutationis a reiectionis positam esse affirmant rationem reprobationis. Nos vero artic. 3. aperte, ni fallimur, ostendimus, reprobationem in eo solo actu esse positam, quem omnes causam meritoriam ex parte reprobri habere concremum.

Secunda conclusio. Si reprobatio includeret nō solum voluntatem diuinam excludendi reprobatum à vita aeterna tamquam ea indignum, deputandique cum suppliciis aternis, sed etiam voluntatem permittendi ipsius, aut primi parentis peccata, propter quae est damnatus, obdurandique in eisdem viisque ad finem vitæ, utrumque quoad integrum effectum. *Secunda conclusio.* Reprobatio includeret nō solum voluntatem diuinam excludendi reprobatum à vita aeterna tamquam ea indignum, deputandique cum suppliciis aternis, sed etiam voluntatem permittendi ipsius, aut primi parentis peccata, propter quae est damnatus, obdurandique in eisdem viisque ad finem vitæ, utrumque quoad integrum effectum.

F In priori parte huius conclusionis conuenimus cum D. Thoma. Cum enim voluntatis permissione primi peccatum Adami, aut cuiuslibet alterius iusti, hoc est, nō conferendi illi auxilia, quibus Deus præuidebat peccata illa fore impedienda, nulla detur causa ex parte corum, sed id solum in liberam Dei voluntatem referendū sit, vt paulo ante ostendum est, sit, ut si reprobatio includat voluntatem diuinam

diuinam permittendi reprobi, aut primi parentis peccatum, propter quod reprobatur, non detur causa ex parte reprobi, quoad integrum reprobationis illius effectum. Etenim eo dato, permisso peccati primi parentis, aut cuiusvis alterius, propter quod reprobus à gratia decidit, ac damnatur, includetur in integro effectu reprobationis illius, talisque permissionis nulla erit causa ex parte reprobi.

Posterior verò pars probatur, quoniam non solum voluntas excludendi reprobos à regno coelesti pender ex eo, quod eorum propria, aut primi parentis liberata, habituri sint in termino via peccata, propter quae digni sint, vt ita excludantur, sed etiam voluntas permittendi tam peccatum primi parentis, quam peccata propria reproborum, pender ex eo, quod tum primus parens, tum etiam ipse, nisi alii auxiliis adiuuentur, innata sua libertate sint commissuri illa. Deinde id praesciat: voluntas item obdurandi adulteros in peccatis usque ad finem vite, pender, tum ex eo quod ipsi sua libertate sint peccaturi, tum etiā ex eo, quod cum auxiliis, que Deus statuit eis conferre, sanandi non sint, & utrumque Deus praesciat, vt paulò ante explicatum est: ergo quod primus parens, aut reprobus ipse, commissuri essent peccata, propter quae reprobus est damnandus, & quod reprobus adulteros cum auxiliis, que Deus statutus illi conferre, non deberet resipiscere, cum utrumque pro libertate arbitrij eorum possit non evenire, fuit conditio, sine qua, sicut reprobus non finiret vitam in peccatis, ita neque etiam actus illi in Deo præcesserent, atque adeò neque ipsius reprobatio.

Tertia conclusio. Cū voluntas Dei permittendi, tum peccatum primi parentis, tum etiam cætera peccata reproborum, penderat ex diuina præscientia, qua ex hypothesi, quod hunc ordinem rerum veller conderet, nec conferre alia auxilia per medium scientiam inter liberam & merē naturalem, præuidit futura cuiusvismodi peccata: cū item voluntas obdurandi adulterum in peccatis usque ad finem vita, ex simili præscientia penderat, qua, ex hypothesi, quod confiteretur non conferre illi iam lapsi in peccata alia auxilia, quam que conferre decreuit, præuidit eum in peccatis discessorum: cū denique non quia Deus præscivit ea omnia ita futura, id est futura erant, sed è contrario, quia pro libertate arbitrij humani erant futura, ea altitudine scientiae sua præscivit, sit in primis, vt in effectibus voluntatis diuinae, tum permittendi ea peccata, ob quae reprobi ex aeternitate sunt reprobati, tum obdurandi in peccatis iam commissis reprobus adulteros usque ad finem vita, tum denique in effectibus totius reprobationis diuinae quoquaque modo spectata, nulla alia sit certudo, quam diuina præscientia, per quam, ob eius illimitatam omnibus modis perfectionem, certò in arbitrio creato penetravit Deus, quod in se omnino ambiguum ac incertum est. Sit deinde, vt in concilianda arbitrij nostri libertate cum exterina Dei reprobatione nulla alia sit difficultas, quam in eadem concilianda cum exterina Dei præscientia, non secus, ac de prædestinatione dictum est.

Ex dictis facile erit intelligere, decretum voluntatis diuina, quo (posita præscientia eorum omnium, que futura erant) hunc totum ordinem rerum & auxilio rum, qui à confititione rerum usque ad confirmationem saeculi decurrit, ex aeternitate elegit, comparatione lude reprobi, verbis gratia, quantum fuit, voluntas creandi eum in beatitudinem, conferendique illi ca media, cum quibus, si per eum

A non staret, ad eam peruenire, habuisse rationem prouidentiae circa illum in beatitudinem dirigendum: quatenus verò Deus, præuidendo eius ruinam nihil impedientibus auxiliis & mediis, quae illi constituit conferre, noluit ei conferre alia, cum quibus præuidebat non ruiturum, habuit rationem voluntatis permittere eamdem ruinam, siue peccata, quatenus autem in pœnam quorundam delictorum (maxime grauissimarum illius proditionis) iustissime statuit auferre de auxiliis, quae alias illi fuerat collaturus, grauiorēsque tentationes permittere, præuidendo illum non resurrecturum, quin potius peccata peccatis additum, ac tandem de salute desperaturum, habuit rationem voluntatis eum obdurandi, execocandi, deferrandi, atque despiciendi: quatenus denique præuidendo eum terminaturum vitam in peccatis, iustissime statuit eumdem excludere à regno coelesti propter eadem peccata, ac punire cruciatus aeternis, habuit rationem reprobationis.

B Ad tria ergo illa argumenta ex Paulo ad Rom. 9. proposita, in primis in genere dicendum est, Paulum loqui quidem illis in locis de reprobatis non semper quod eum actum, in quo propria reprobationis ratio est posita, sed quod duos priores actus voluntatis diuinae antecedentes, quos vna cum præscientia usus liberti arbitrio hominis reprobati, tamquam conditiones omnino necessarias, vt explicatum est præexistit reprobatio: nempe quod actum voluntatis permittendi peccata, propter quae sunt reprobati, tum etiam quod actum obdurandi adulteros usque ad finem vite in peccatis commisisti.

C Deinde ad primum dicendum est, disp. i. memb. 9. ante quintam conclusionem non oblitus explicatum est, Paulum eo loco nomine Iacob, & Esau, intellectus ex una parte synagogam cum suo stipite, ex alia verò populum ex Esau propagatum cum suo capite, dilectionemque Iacob posuisse in voluntate conferendi synagogę, & stipiti illius rot, ac tam præclarę subsidia in vitam aeternam, quod illis donauit, quorum interuenta Iacob, plurimique ex eius posteris, qui ad Ecclesiam synagogę pertinuerunt, prædestinati persisterunt, qui præuidebat eos talibus auxiliis erectos, accidente propria libertate adepturos vitam aeternam. Quod verò ad rem præsentem attinet, dicendum est, odiū Dei erga Esau nihil aliud esse hoc loco, quam Deum tam illi, quam posteritati eius noluisse conferre similia subtilia, quare nomine odij intelligit Paulus, tum voluntatem permittendi eorum peccata, tum voluntatem eos obdurandi in peccatis, propter quae, & soles in servitatem erat redigenda, & tam parens, quam posteritas iuste erant damnandi, cū in protestate ipsorum fuerit, tum ea vitare, tum ab illis resurgere per auxilia à Deo collata, & alia, quae præstatore erat paratus, si illi, quod in se erat, facere voluerint, non verò intelligit voluntatem excludendi eos à regno coelesti, ac depurandi poenis aeternis, in qua sola, vt explicatum est, ratio reprobationis illorum est posita. Quemadmodum autem non fuit ex bonis meritis Iacob, aut synagoge, quod Deus conferre illi voluerit maiora illa subsidia, quibus Iacob, plurimique posteriorum fuerunt prædestinatis, nō fuit ex malis meritis Esau & posteriorum, quod noluerit illis conferre similia subsidia, sed alia, quibus eum, vel non peccare, vel si peccarent, à peccatis resurgere potuerint, & vitam aeternam obtinerint, cū tamen Deus præuideret libertate, atque nequitia eorum nihil illorum esse futurum. Itaque non velle Deum Esau bona, quae voluit fratri Iacob, maximè

Ad tria argumenta ex D. Paulo de sumpta reponetur in genere.

Ad primum.

*Odiū Dei
Esau
quod.*

D E F G

Ex alia verò populum ex Esau propagatum cum suo capite, dilectionemque Iacob posuisse in voluntate conferendi synagogę, & stipiti illius rot, ac tam præclarę subsidia in vitam aeternam, quod illis donauit, quorum interuenta Iacob, plurimique ex eius posteris, qui ad Ecclesiam synagogę pertinuerunt, prædestinati persisterunt, qui præuidebat eos talibus auxiliis erectos, accidente propria libertate adepturos vitam aeternam. Quod verò ad rem præsentem attinet, dicendum est, odiū Dei erga Esau nihil aliud esse hoc loco, quam Deum tam illi, quam posteritati eius noluisse conferre similia subtilia, quare nomine odij intelligit Paulus, tum voluntatem permittendi eorum peccata, tum voluntatem eos obdurandi in peccatis, propter quae, & soles in servitatem erat redigenda, & tam parens, quam posteritas iuste erant damnandi, cū in protestate ipsorum fuerit, tum ea vitare, tum ab illis resurgere per auxilia à Deo collata, & alia, quae præstatore erat paratus, si illi, quod in se erat, facere voluerint, non verò intelligit voluntatem excludendi eos à regno coelesti, ac depurandi poenis aeternis, in qua sola, vt explicatum est, ratio reprobationis illorum est posita. Quemadmodum autem non fuit ex bonis meritis Iacob, aut synagoge, quod Deus conferre illi voluerit maiora illa subsidia, quibus Iacob, plurimique posteriorum fuerunt prædestinatis, nō fuit ex malis meritis Esau & posteriorum, quod noluerit illis conferre similia subsidia, sed alia, quibus eum, vel non peccare, vel si peccarent, à peccatis resurgere potuerint, & vitam aeternam obtinerint, cū tamen Deus præuideret libertate, atque nequitia eorum nihil illorum esse futurum. Itaque non velle Deum Esau bona, quae voluit fratri Iacob, maximè

cum

cum præuidaret, nolendo illi similia bona, futurum, ut corrueret in peccata propter quæ soboles iuste feruiri deberet, & iuste cum progenitore damnanda esset, appellat Paulus odium Esaï. Quia in re nō solum D. Thomas hoc loco artic. 3. in refpositione ad primum nobiscum ex parte consentit, dum ait: *Deum non velle alii bona beatitudinis, que vult alteri, esse illum odio habere, sed etiam freques est usuratio vocabuli, odium, in Scripturis sacris in eadem significatione, ut idem sit, ac non velle vni bonum, quod alteri volumus, quæ magis diligimus.* Matth. enim 6. ait Christus: *Nemo potest duobus dominis servire: aut enim unum odio habebit, & alterum diligit, &c.* Quo loco præferre vnu alteri in dilectione ac obsequiis, appellat habere odio, & contemnere alterum, cui ille alias præfertur. *Luc. 14.* Si quis, inquit, venit ad me, & non odis patrem & matrem, &c. non potest meus esse discipulus, quo loco sanè non præcipit odium patris ac matris, contra ius naturæ, quartumque præceptum decalogi, sed præferre Christum in dilectione patri ac matri, est odio habere patrem ac matrem. Eadem phrasis dicitur quis odio habere animam, hoc est, vitam corporis, quando propter Deum, vitamque æternam, se periculis obicit, iuxta illud *Ioan. 12.* Qui odis animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. Exodi etiam 22. *Vistans,* inquit, Deus iniquitatem in tertiam & quartam generationem eorum, qui oderunt me, id est, qui peccandi voluntatem suam metu pretrulerunt, eaque ratione me spreuerunt. Ut misericordia alia Scripturae testimonia.

Ad secundum. Ad secundum dicendum est, solum probare, quod è duobus peccatoribus ope diuina, ac misericordia indignis, Deus misereatur unius, præordinando ex æternitate ea auxilia, cum quibus præuidet illuminandum, emolliendum, & perdicendum in gratia, eadémque in tempore conferendo (misericordia namque propriæ est confesse subsidia, quibus peccator à miseria, in qua est, eruatur: quare misericordia de qua Paulus loquitur supponit peccatorem, cui Deus eam impetravit, esse in miseria peccatorum propria sua culpa.) Quod verò alterum obdureat non conferendo auxilia, sine quibus præuidet eum sponte sua à peccatis non surrectum, aut etiam in penâ auferendo partem auxiliorum, non esse volentis, neque currens, sed misericordia Dei, qui cuius vult misereatur, & quem vult induxit. Etenim id, sicut supra ostensum est, nō aliam habet causam, quam liberam voluntatem Dei, qui absque cuiusquam iniuria distribuit sua dona, prout vult, maximè cum nulla antecedant merita, sed demerita, semp̄erque relinquat auxilia, quæ, si peccator velit, ad salutem sufficient. Quare, quod Deus ea media præordinauerit Davidi, qua futura præuidebat efficacia, vt ab adulterio, atque homicidio peccatis per suum arbitrium, cùm per Nathán fuit obiurgatus, conuerteretur, eaque ratione illuminare, ac emolliare eum voluerit, non fuit Davidis voluntis & currentis, sed Dei misericordis. Nihilominus, quod eisdem auxiliis conuertitur, dependens fuit à Davidis arbitrio, qui potuit inefficacia ea reddere, si nollet conuerti. Quod etiā Deus præordinauerit Sauli ea media, quæ per librum illius arbitrii præuidebat futura inefficacia, cō quod præuideter, dum Samuel peccatum obiiceret, cum praesuperbia excusationes adhibitus, non veniam petiturum, fuit ex libera voluntate Dei, qui absque iniuria potuit denegatione maiorum, aliorumque auxiliorum, cum obdurare, illum in sua propria duritate relinquendo. Non ergo in illis verbis Pauli mentio villa facta est actus reprobationis,

A sed solum obdurbationis. Quo fit, vt nulla ratione inde colligatur, reprobationem non fuisse propter peccata reproborum præuisa. Illud verò quod additur, *Deum excitasse Pharaonem, ut in eo ostenderet virtutem suam, per ea signa, quæ exhibuit ad egressum filiorum Israël.* & ut nomen Dei annunciatum in universa terra, solum significat, Deum in eos fines, inter alios, constituisse creare Pharaonem, eti præuidet futurum eum talem per suum arbitrium, deflexurumque à fine alto sempiternæ felicitatis, in quem condebeat, in eos denique fines constituisse permettere peccata illius, cūque ita iustissimè obdurare. *Ad eum bonus est, iuxta Augustinum Enchiridio, cap. 100.* vt non sineret fieri mala, nisi ut inde sua omnipotencia eliceret bona.

Ad tertium dicendum est, Paulum in iis, quæ in eo argumento adducuntur, supponere, quæ in præcedenti argomento explanauimus. In primis, tam eum, qui obdurratur, quam eum, cuius Deus miseretur, esse in peccatis propria sponte & libertate commissis, Deumque neutri denegare auxilium, quod, vt respiccat, & conuertatur, sit sufficiens: id quod non solum de Pharaone colligitur aperte ex ipsam Scriptura Exodi, ut in Concordia quæst. 14. artic. 13, disput. 10. latè ostensum est, sed de obdurate omnibus, de quibus Paulus loquitur, est manifestum ex iis verbis, quæ subiungit: *Sufficiunt in multa patientia vas ira apta in infernum,* id est, expectauit in multa patientia resipientiam & penitentiam eorum, quam vtique non expectasset, nisi in illorum effectoritate, Deumque præstò esset conferre illis auxiliū sufficiens. Deinde supponit, Deum vni ex peccatoribus, qui sponte propria in peccata inciderunt, misericorditer velle ea auxilia, cum quibus præuidet conuertendum, alteri verò non velle ea, cum quibus præuidet conuertendum, quod est velle eum obdurare, atque inde oriri quæstionem, de qua sermo est in argomento: quæ planè hominum est superbè, ac irreuerenter præsumptum disceptare cum Deo, nec securè bonitat ac dispositioni illius se committentium, quæ eo ipso, quod à Deo est, non potest non esse iustissima & æquissima, esto supra captum sit nostrum. Quæstio itaque eorum est. Si Deus ei, quem obdurat, non vult auxilia, cum quibus præuidet conuertendum, sed alia cum quibus resipicit non conuertetur, critique obdurate, quid adhuc queritur? voluntati eius quis resistet? Huic quæstioni responderet Paulus, retundens primò eorum superbiam & præsumptionem, quod cum Deo ita audeant loqui, æquissimè eius iudicia ac dispositiones examinare, dicens: *O homo tu quis es, qui respondeas Deo? Numquid dicit figuratum ei, qui se finxit, quid me fecisti scilicet An non habet potestatu figuris tuis, ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud verò in contumeliam?* quasi dicat, si figuris ex eodem luto, absque villa, vel alterius iniuria, vel nota sua, facit aliud vas in honore, aliud verò in contumeliam, quanò magis Deus ex duabus peccatoribus luto vilioribus, qui se tales propriæ culpa & libertate effecerunt, poterit absque villa iniuria, aut nota facere vnum illorum vas in honorem, conferendo illi auxilia, quibus præuidet sanandum, & relinquare aliud vas contumelia, qualem scipie effect, non conferendo illi auxilia quibus præuidet emolliendum, sed eum obduratum relinquendo? Deinde satisfacit plenius quæstioni ostendens clarius misericordiam, æqualitatem, & bonitatem Dei, ac dicens. Si Deus in optimum finem, nempe, vt ostenderet iustitiam suam in obdurate, ac malis, atque vt ostenderet diuitias glo-

M
I
D
*Misereri
quid sit apud
Paulum.*

rebus sua in vasa misericordie, quæ preparauit in gloriam, sustinuit in multa patientia (expectans videlicet, & invitans ad penitentiam, paratus ad iuuare: & sepe pulsans, offerens que auxilium sufficiens ad salutem) vasa iræ apra in interitum (aut, ut alia litera habet, aptata in interitum, id est, que scipio propria libertate in interitum aptauerunt) supple, quid est, quod conqueraris, & opposas? & non potius misericordiam, bonitatem, atque sapientiam illius, etiam circa malos & reprobos admireris?

Quo loco antequam viterius progrediamur nonnulla sunt animaduertenda. Primum est, si nem permittendi peccata reproborum, cōsque sustinendi, non fuisset solum, ut Deus in eis ostenderet iustitiam suam, sed etiam, ut ostenderet diuitias gloriae sua in vasa misericordie, quæ preparauit in gloriam, ut aperte docet hoc loco Paulus, neque aliter contextus coharetur. Etenim nisi Deus iniquorum peccata permisisset, non fuisset mors Christi, & redemptio generis humani, nec certamina, & victoria iustorum, & præcipue martyrum coronæ: quare in eum etiam finem Deus reproborum peccata permisit ac sustinuit, ut in electis tam mulciperiter ostenderet diuitias gloriae ac misericordie sua, præter alios etiam fines, ob quos artic. 3, & alibi ostendit est, ea etiam permisibile ac sustinuisse.

Secundum est: Exemplum illud ac similitudinem figuli non ita esse accipiendam, quasi quemadmodum figulus ex luto facit vasa in contumeliam, ita etiam Deus ex hominibus vasa in contumeliam efficit: quæ planè non sunt alia, quam vasa iræ apta in interitum aeternum. Haec vero non sunt alia, quam peccatores in lethali peccato existentes, ratione cuius vasa sunt contumelia, obiectumque odio, atque iræ Dei, & interitus aeterni dignissimum. Ut autem Deus non efficit homines peccatores, ita neque efficit illos vasa contumelia, iræ, atque interitus, sed ipsi sua libertate scipios efficiunt, possumusque scipios mundare, interim dum sunt in via, auxiliisque Dei (quod nulli unquam deest) efficeri vasa in honorem & sanctificationem: neque enim alia sunt vasa, de quibus loquitur hoc loco Paulus, quam illa, de quibus ad Timoth. 1. ait: In magna domino non solum sunt vasa aurea & argentea, sed & lignea & fisticia, & quedam quidem in honorem, quedam autem in contumeliam. Si quis emundaverit se ab istis, erit vas in honorem, sanctificatum, & viile Domino ad omnes opus bonum parvum. Duplex igitur est status, tam vasorum iræ, quam sanctificationis. Alter in hoc seculo, in quo integrum est cuique vasorum commutari, & ex voto honoris & sanctificationis fieri vas iræ & contumelia, & è contrario: ut aperte docet Paulus 2. ad Timoth. 2. & hoc loco non negat, quin potius idem illis verbis: Sustinuit in multa patientia, &c. allerit. Alter est status seculi futuri, in quo nulla omnino potest esse commutatio. Quia vero Paulus 2. ad Timoth. 2. loquebatur de magna domo Dei, vel Ecclesiæ militantis solum, vel ut vitramque Ecclesiam comprehēdit, alteravit vasa iræ posse mundare, & fieri vasa in honorem. Hoc vero loco de Pharaone exterrique reprobis, qui obdurati aeternum interitum incurrebant, affirmat, sustinuisse illos Deum in multa patientia, dum erant in via, ut vasa fierent misericordia, & noluisse. Exemplum ergo & similitudo Pauli hoc loco, inter figurum & Deum, solum est: Quod sicut filius, absque ulla iniuria, aut nota sua, habet potestatem efficiendi ex eadem massa luti aliud vas in honorem, aliud in contumeliam: ita multò magis, absque cuiusquam iniuria, aut indecentia ex parte Dei, est potestas in Deo

A ex duobus peccatoribus luto ob sua peccata vilioribus, efficeri vnum vas in honorem, tribuendo auxiliū, quibus prævidet conuertendum & sanctificandum: relinquere vero alterum vas in contumeliam & interitum (qualem is scipio efficit) non tribuendo illi subsidia, quibus prævidet conuertendum, maximè eum eidem offerat ac relinquat, et quibuscum, si vellet, posset scipio conuertere, valque misericordiae ac honoris reddere.

Iuxta dicta, ad argumentum negandum est, Paulum annuere, negotium reprobationis pendere ex sola libera voluntate Dei, quasi ex parte reproborum non datur causa meritoria. Negandum item est, pro causa reprobationis reddidisse solam ostensionem iustitiae vindicatiæ. Etenim, ut explicatur est, pro causa meritoria reddidisse peccata præuisa, in quibus eos sustinuit in multa patientia: neque solam causam finalē permissionis peccatorum reproborum, obduracionisque eorum in illis, expellit ostensionem iustitiae diuinæ, sed simul etiam ostensionem diuitiarum gloriae atque misericordie Dei infinita in vasa misericordia, fuerintque multæ aliae partes vnius integræ causæ finalis, ob quan permittere voluerit ea peccata, ut eisque obdurare reprobos, ut dictum est.

Circa locum illum Ecclesiastes 7. Considera opera Dei, quod nemo posse corrigerem, quem ille despicerit, animaduertendum est, non omnes reprobos despœtorum nomine comprehendit: sed illos tantum, ut supra dictum est, qui ob multa & gratia peccata, subtractione maxima auxiliorum, ac permissione tentationum, in desideria cordis sui traditi sunt, atque à Deo sunt derelicti. Quoniam autem difficultas est, eiusmodi hominem, qui ita in profundum malorum venit, scipio conuertere, & multò magis solis suggestionibus & consiliiis aliorum ita permoueri, ut conuertatur: dicitur neminem posse illum corrigerem. Quod enim difficillime, & numquam aut ferè numquam fit, impossibile, ut fiat, moraliter loquendo dicitur. Adde, quem Deus præuidet admonitionibus, facienteque ipso totum quod potest, fore tandem conuertendum, utique quantacumque auxiliorum pars efficit ab eo in prenanis præteriorum peccatorum sublata, dicendum non esset despectus à Deo. Quod fit, ut neque desperatione libertate arbitrij à reprobō auferat, ut conuerti, vitamque aeternam obtinere, si velit, possit.

*D*icitur etiam, quod nemo posse corrigerem, quem ille despicerit, animaduertendum est, non omnes reprobos despœtorum nomine comprehendit: sed illos tantum, ut supra dictum est, qui ob multa & gratia peccata, subtractione maxima auxiliorum, ac permissione tentationum, in desideria cordis sui traditi sunt, atque à Deo sunt derelicti. Quoniam autem difficultas est, eiusmodi hominem, qui ita in profundum malorum venit, scipio conuertere, & multò magis solis suggestionibus & consiliiis aliorum ita permoueri, ut conuertatur: dicitur neminem posse illum corrigerem. Quod enim difficillime, & numquam aut ferè numquam fit, impossibile, ut fiat, moraliter loquendo dicitur. Adde, quem Deus præuidet admonitionibus, facienteque ipso totum quod potest, fore tandem conuertendum, utique quantacumque auxiliorum pars efficit ab eo in prenanis præteriorum peccatorum sublata, dicendum non esset despectus à Deo. Quod fit, ut neque desperatione libertate arbitrij à reprobō auferat, ut conuerti, vitamque aeternam obtinere, si velit, possit.

ARTICVLVS VI.

Vixum prædestinatio sit certa.

*E*nī dicitis articulo præcedente, & questione 14. artic. 13. præfertini dilpat. 15. manifestum est, prædestinationem esse certam. In ea tamen non aliam esse certitudinem, quam diuinæ præscientie, qua Deus præuidet per media, per quæ vniuersaliter prædestinatus est, percutitur cum in vitam aeternam. Quomodo vero libertas arbitrij & contingua rerum cum certitudine diuinæ prædestinationis, & præscientie coherent, articulis causatis abunde videatur explicatum.

ARTICVLVS VII.

Vixum numerus prædestinatorum sit certus.

*P*rima conclusio. Numerus prædestinatorum est certus, non solum forcluso, maliter, hoc est, quot numero sunt beandi, sed etiam materialiter, id est, quinam